UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

B. 9. (3) 74
Hs. 35

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

DE ETIMOLOGIA

الفصل الأول

CAPUT PRIMUM

De linguae Arabicae lectione

LITERAE seu Consonantes apud Arabes sunt viginti octo, quarum tabella haec est.

Ordo.	Potestas	Nomen.		Figura. In fine	Ligat.	in medio.	In principio.
1	א	Eliph.	أَلِفٌ	ا ا	ـا ـا		ا ا ا
2	B	Be.	بَآءٌ	ب	ـب ـب	ـبـ ـبـ	بـ بـ بـ
3	T	Te.	تَآءٌ	ـت	ـت ـت	ـتـ ـتـ	تـ تـ تـ
4	Th. Θ.	Thse.	ثَآءٌ	ـث	ـث ـث	ـثـ ـثـ	ثـ ثـ ثـ
5	G. Gallicum	Gim.	جِيمٌ	ج ج	ـج	ـجـ ـجـ	جـ جـ جـ
6	Hh. ח.	Hha.	حَآءٌ	ح ح	ـح	ـحـ ـحـ	حـ حـ حـ
7	Ch. כ. cū dagesch lene	Cha	خَآءٌ	خ خ	ـخ	ـخـ ـخـ	خـ خـ خـ
8	D.	Dal.	دَالٌ	د	ـد		د د د
9	Dh. Δ.	Dhsal.	ذَالٌ	ذ	ـذ		ذ ذ ذ

Ordo	Potestas	Nomen		Figura. fine	ligab.	medio	Principio
10.	R. ר.	Re.	رَا	ر ر	ـر ـر	ـر ـر	ر ر
11.	S	Ze.	زَا	ز ز	ـز ـز	ـز ـز	ز ز
12.	S. lenissim.	Sin.	سِين	س س	ـس ـس	ـسـ ـسـ	سـ سـ
13.	Sj. Ch. gall.	Sjin.	شِين	ش ش	ـش ـش	ـشـ ـشـ	شـ شـ
14.	SS. צ.	Sad.	صَاد	ص ص	ـص ـص	ـصـ ـصـ	صـ صـ
15.	Tdh. paulo crassius	Thad	ضَاد	ض ض	ـض ـض	ـضـ ـضـ	ضـ ضـ
16.	TT.	Tta.	طَا	ط ط	ـط ـط	ـطـ ـطـ	طـ طـ
17.	Ttdh.	Ttdha	ظَا	ظ ظ	ـظ ـظ	ـظـ ـظـ	ظـ ظـ
18.	AA. ע.	Aain	عَين	ع ع	ـع ـع	ـعـ ـعـ	عـ عـ
91.	GH.	Ghain	غَين	غ غ	ـغ ـغ	ـغـ ـغـ	غـ غـ
20.	F	Fe	فَا	ف ف	ـف ـف	ـفـ ـفـ	فـ فـ
21.	CQ. K.	Cquaf	قَاف	ق ق	ـق ـق	ـقـ ـقـ	قـ قـ
22.	K. paul. lenis	Kef	كَاف	ك ك	ـك ـك	ـكـ ـكـ	كـ كـ
23.	L.	Lam	لَام	ل ل	ـل ـل	ـلـ ـلـ	لـ لـ
24.	M.	Mim	مِيم	م م	ـم ـم	ـمـ ـمـ	مـ مـ
25.	N	Nun	نُون	ن ن	ـن ـن	ـنـ ـنـ	نـ نـ
26.	W germ:	Wau	وَاو	و و	ـو ـو	ـو ـو	و و
27.	H. ה.	He.	هَا	ه ه	ـه ـه	ـهـ ـهـ	هـ هـ
28.	I. Conson.	Je.	يَا	ي ي	ـي ـي	ـيـ ـيـ	يـ يـ

NUMERUS APUD ARABES.

Millenarii.	Centenarii.	Denarii.	Unitates.
1000 غ	100 ק ق	10 י ي	1 א ا
2000 غغ	200 ר ر	20 כ ك	2 ב ب
3000 غغغ	300 ש ش	30 ל ل	3 ג ج
4000 غغغغ	400 ת ت	40 מ م	4 ד د
5000 غغغغغ	500 ث	50 נ ن	5 ה ه
6000 غغغغغغ	600 خ	60 ס س	6 ו و
7000 غغغغغغغ	700 ذ	70 ע ع	7 ז ز
8000 غغغغغغغغ	800 ض	80 פ ف	8 ח ح
&c:	900 ظ	90 צ ص	9 ט ط
الالوف	مِئَاتٌ	عَشَرَاتٌ	آحَادٌ

Annotationes.

1

Pro eo quod legendum esset: ALIPH, BATHA, TSA. Ra, Ea, Usus obtinuit, ut legatur; Elips, Be, Te

2

Consonantes, quas Arabes appellant حُرُوفٌ sunt hic quoque ut in Hebraea Lingua vel Uniformes vel Biformes; ut patet ex Tabella.

A. 2. 3. Dilatan,

3.

Dilatantur quoq[ue] Arabum Consonantes omnes
præter has sequentes ا د ذ ر ز و, Unde Arabes
in fine linearum dictiones non divellunt, sed orna-
tus caussa aut literas dilatant, aut vincula literarum
producunt. Et hæc dilatatio literarum et vincu-
lorum productio locum habet in omnibus istis lite-
ris quæ sequenti in eadem dictione annectuntur
quales sunt omnes exceptis illis sex supradictis, ut:
نكـــــر vel نكّر sic بـــين لـــبـ

4.

Quando verò in fine lineæ occurrit una ex illis
sex numeratis quæ non possit dilatari, nec ipsius
vinculum i.e. cum nullum habeat: produci, tum
Arabes post separabilem literam sectionem faciunt
partem posteriorem dictionis supponendo priori,
aut in margine locando.

5.

Literæ omnes utrinq[ue] in medio unius dictionis
inter se connectuntur præter sex ا د ذ ر ز و
quæ quidem præcedenti literæ ligabili annectuntur,
sed non sequenti, unde et sex illæ literæ illigabiles
dicuntur, scilicet à parte post.

6.

Litera ل literæ ا annectenda sic fere pingi solet: لا
vel لا.

7.

Litera inter duas alias ejusdem figuræ posita paulò
altius

altius assurgit et sinistram versus inclinat hoc pacto, ... ut يثبت pronunciabit ...

8.

Literæ ج ح خ vinculum anterius supra Basin liniæ collocant, atque sic quoque literas præcedentes elevant, ut: الحجر lapis. خروج exitus, البحر mare الشيخ senex. literæ verò ل ع و et ل illis se accommodant et posterius vinculum attollunt hoc modo ... العجب superbia, الفخر Gloriatio, اللحم caro, sic المسيح Messias.

9.

Literas ... Turcæ et Persæ ut S. pronunciant. litera a. ض est difficillima inter omnes quoad pronuntiationem et Arabum propria, nec ab alio istius pronunciatio facile addisci potest; Nam ex hac Arabes ceteras Nationes Arabice loquentes à se discernere possunt.

10.

Litera Mim م in medio et in fine præcedenti literæ ligabili annexa unico ducto circulari ad celeritatem Scripturæ infernè ei plerumque affigitur, hoc pacto: ... pro ... collige ...

11.

He finale adsciscit interdum superne duo puncta hoc modo ة et tunc non He amplius est aut vocatur sed Te ت et genus fœmininum format, aut numerum pluralem fractum designat.

12. Ducto

12.

Ductus Je ب finalis interdum retrocedit hoc pacto ب ut [Arabic ligatures] pro علي, ...

13.

Deniq́ notandum quod tota difficultas in recte pronunciandis literis Arabicis omnibus Europæis oritur ex Elementorum seu literarum Occidentalium populorum mollitie et tenuitate, Orientalium verò robore atq́ validitate, quæ sané difficultas absq́ vivâ atq́ frequenti præceptoris voce superari vix potest. Ut autem difficultas illa aliquatenus levior fiat, conabimur exprimere quo pacto quinq́ illa instrumenta vocalia, Guttur scil: Labium, Palatum, Dentes et lingua ad edendum sonum concurrant

14.

Literæ 6. Gutturales ه ع غ ح خ ا

Guttur itaq́ solum per se sine alterius ope exprimere sonum quarundam literarum potest, scilicet ه ع غ [blot] ح خ ا quæq́ propterea Gutturales appellantur, nam ex infima sui parte Guttur emittit sonum literæ ا nempe Spiritum lenem, et ه Spiritum asperum H. Ex mediâ autem parte factâ regione per emissum spiritum seu potius compressis ijs masculis, qui sub capite sub capite sunt asperæ arteriæ, Guttur exprimit sonum literæ ع Ain, q. geminatum ا. et sonum literæ Hha ح seu geminatum ه.هه. Ex supremâ deniq Gutturis parte profertur sonus literæ غ Gha in Gh. et sonus literæ خ Cha Ch.

15.

Reliqua verò Instrumenta vocalia sine spiritu moti gutturis nullam efferre possunt literam; Est enim Spiritus seu subministratus ille aër reliquis literis veluti

Soni

soni materiæ. Concurrente igitur spiritu labia per se suas literas efferunt, Cum aliqua enim contractione pronuntiatur litera ب Be, B. Cum aliqua Aëris expressione ف Phe. PH. vel F. et utroq; modo mixto, leniter quidem litera م Mim, M. graviter vero و Wau, W. — Labiales 4. ب ف م و

16.

Quod ad cætera Instrumenta attinet, palatum immobile per se efferre nihil potest, collidente quidem spiritu resonare ob cavitatem potest, sed nihil tamen distincti. Lingua per se movetur quidem, sed nisi aliud corpus concurrat, non efficit sonum. Dentes vero collisi inter se præter stridorem quendam nihil edunt. Itaq; reliqui literarum soni efficiuntur motu linguæ circa palatum vel Dentes, velut duriora corpora.

17

Quando igitur spiritus compressiore occlusure emissus palatum ferit, exigua quidem mediæ linguæ motio concurrit, ut distincte efferatur, seu potius resonet in concaviore seu inferiore Palati parte litera ق Kaph KS, et in exteriori seu planiore ejusdem Palati parte litera ك Kef. K. Si vero contracta paululum lingua Spiritus proferatur, et propellatur ad extremum palati partem prope dentes anteriores superioris maxillæ, eduntur literæ ج Gjim. Gj. et ش Sjin duobus hisce j Gallico modo elatis et ي Je j. Belgico y. — Palatinæ 5. ج ش ي ق ك

18

At Dentes superioris maxillæ feriens lingua leniter quidem superius ت Te T. inferius د Dal D. sonat.

 At si

Dentales
ت
د
ط
ل

At si linguæ latius expansæ extremitas aërem inferiore parte eorundem dentium gravius exprimit, ac si foemina, tum ت edere vellet ط profert. ل paulo intra extremitates Linguæ, usque ad ejus mucronem cum gingivarum adminicula profertur, ر In mucrone linguæ paulum supig ictu tremulo tangente gingivas internas dentium anteriorum.

19

Linguales
ز
س
ث
ذ
ظ
ض

Extrema lingua inferioris maxillæ anteriores dentes leniter contingentes infimâ quidem parte ز Ze ژ media verò parte س sin TS. summâ denique parte eorundem dentium graviore paulum conatu ص Ssad DS. exprimit. Inter utriusque maxillæ anteriores dentes extremâ lingua blæsa profert, lenius quidem mucrone suo ث The velut TS. et ذ velut Ds, idest T.D. d. cum aspiratione aliquâ subitâ; at latius expansa aërem gravius exprimens ظ Dtsa vel DTH. id est ذ fortius et aspiratius sonat: Turcæ et Persæ, quia hoc difficilius est, constanter veluti ز i.e. Z pronunciant, sed erroneâ consuetudine: Si ad latera seu buccas propè caninos et molares dentes lingua literam illam ظ durius exprimere conatur ض Dsad veluti DDH sonabit, propriam Arabicam literam, quam ob eandem difficultatis rationem Turcæ et Persæ simili errore ز i.e. Z pronunciant.

20

Dentales hæ literæ, ut et linguales Solares quoque vocantur, reliquæ omnes Lunares: Quæ divisio pernecessaria est ad rectè legendum et scribendum.

21

Denique literæ apud Arabes distinguuntur in graves et leves. Graves sunt خ غ . ق ق ع غ ط ظ ص ض ر ل. Cæteræ 17 vocantur leves.

MEMBRUM.

Membrum II. De vocalibus

Vocales quæ ab Arabibus nuncupantur الحَرَكَاتُ Motiones, sunt Figurâ duæ, Nomine tres, Potestate quinque.

Potestas.		Nomen.	Figura.
1ª. Sonat modo	A. sub ultimis et Gravibus E: sub lenibus	الفَتْحُ Fatha. Apertio.	بَ
2ª. Sonat	modo O: sub ultimis et gravibus. modo U: sub lenibus	الضَّمَّةُ Damma Collectio	بُ
3ª. Sonat tantum.	I. sub omnibus literis	الكَسْرَةُ Kesra. Fractio.	بِ

Annotationes

1

Vocalis prima et ultima non nisi situ distinguuntur, quod illa semper supra literas, hæc infra easdem semper collocetur.

2.

Vocalis prima et Secunda sonant A et O. 1. sub ultimis dictionum literis, ut نَصَرَ. 2. sub literis gravibus:

3.

Cum reliquis literis lenibus Vocalis prima sonat E. Secunda sonat U.

4.

Diligenter autem in pronuntiatione duarum harum vocalium observandum, quod hæ literis lenibus superscriptæ, si sequantur vel præcedant literas

A. S. graves

graves sæpè se illis accommodant, et gravem quoq; sonum habeant, ut نَصَر nassara non nesara; licet prima litera ن Nun sit Lenis, Nam illa se accommodat ad sequentem literam gravem, sic: يَامَن jamano non jameno, Nam et hic Fatha sub ي se accommodat ad præcedentem literam ي seu gravem.

5.

Sic quando litera Lenis inter duas graves interjuncta est semper ferè habet Fatha seu sonum gravem غَزَو gasrawa non gaserwa, et sic etiam duæ interjectæ vocales sonum gravem interdum accipiunt, ut: قَتَلَاهُ (occidimus eum) Lego Katalahu, non Katelehum.

6.

Eodem modo literæ graves accommodant se præcedentibus et sequentibus lenibus Lenemq; habent sonum, ut: أَصْنَمُ; litera enim gravis ص sad se accommodat ad sequentem Lenem, et Vocalis ejus legitur ut U, quæ tamen legi debebat ut O. sed in pronunciatione harum Vocalium usus imprimis consulendus, qui hic potissimum dominatur.

7.

Ultima Vocalis Kesra sub omnibus literis tam ab initio quam in medio sive sequenti litera Je ي sive non semper et constanter legitur ut I. nunquam verò ut E ut quidam volunt.

MEMBR:

Membrum III.

De vocalibus geminatis

Advertendum quoq; figuras vocalium sæpè geminari apud Arabes servata tn eadem formâ in ultimis dictionum literis, quam geminationem vocalium vocant Arabes تَنْوِين. hoc est Appositio seu adjectio literæ ن ceu patet ex subjecta tabella.

POTESTAS.	NOMEN.		FIGURA.
AN.	Nunnatio Fatæ	تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ	بٌ 8
ON	Nunnatio Dammæ	تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ	بٌ 8
IN	Nunnatio Kesræ	تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ	بٍ 8

Annotationes.

1

Nunnationes hæ non nisi locum habent, nisi in ultimis nominum literis: ut خُطْبَةٍ حِكْمَةٌ كَلِمَةً

2

Prima Nunnationi AN 8 . nisi ultima dictionis litera sit te ة, aut Hamza ء . semper postponitur ا sine ullo soni augmento hoc pacto بًا رَجُلًا

3

Hæc o. Nunnatio AN, non nisi penultima occupare potest elementa . nisi ultima consonans sit ة vel Hamza . post quæ quidem aut literas ا aut ي quiescentes sequi necesse est, ut: مَاءً, maan, غَضَبًا gadaban فَتًى fatan; et sic se ي Nunnationi AN postpositum instar Elipli ا quiescit

MEM

Membrum IIII.

De productione Vocalium et literis quiescentibus.

Productioni vocalium inserviunt tres literæ ي و ا propria potestate consonantium amissa, unde et literæ quiescentes dicuntur, cum sc: ipsæ vocalibus destitutæ immediate illis postponuntur. ا primæ vocali Fatha (´) ut كِتَابٌ و secundæ ut: قُلُوبٌ ي tertiæ ut: رَحِيمٌ semper enim syllaba illa in qua ejusmodi litera quiescens est, producitur, unde et حُرُوفُ ٱلْمَدِّ literæ productionis dicuntur.

Annotationes.

1

Cum Fatha postpositum habet ا. valet A seu Æ belgicum vel AH. i.e. A. obscurum ut Kamets apud Ebræos ut كِتَابٌ,

2

Damma sequente و quiescente sonat ut græcorum ȣ. et Germanorum Nuhr ut نُورٌ .ignis.

3

Kesra sequente ي quiescente sonat I sed productum ut apud Ebræos הִפְקִיד [illegible]

DE LITERIS QUIESCENTIBUS.

Arabes literas quiescentes habent tres ي و ا quæ illis حُرُوفُ ٱلْعِلَّةِ literæ infirmitatis dicuntur, tum quia omnis defectus et infirmitas in verbis et Nominibus defectivis provenit ab ipsis: Tum quia majorem præ cæteris patiuntur mutationem.

Anno

Annotationes

Advertendum, quod quies literarum sit vel simplex vel duplex. Illa est cum manente proprio et essentiali sono Elementi deest tantummodo vocalis ut: اَلْكَرْمُ : ubi literæ ـ : م ر et ـنـ retinent quidem proprium et essentialem sonum; sed carent vocali, et hic modus quietis competit omnibus literis consonis. Duplex est quando litera non modò destituitur vocali, sed ipso quoque sono essentiali ita ut inter legendum nullo modo proferatur, ac si non adesset, quæ quies peculiaris est literis infirmis ي و ا .

2.

Literæ hæ tres quiescunt etiam aliquando quiete simplici, ut: يُؤْمِنُ credet عَوْنٌ auxilium بَيْتٌ domus

3.

Elips ا quiescens aliquando post Fatha compendij causâ non scribitur et tum Fatha perpendiculariter plerumque pingitur hoc pacto اللّٰهُ Deus pro اللاه.

4.

Elips quiescentis vice etiam funguntur و et ي cum scilicet post Fatha nec vocalem ipsæ habent, nec hanc notam ˇ Gjetzma ut صَلَوٰةٌ precatio: Salâton sic et رَمَىٰ projecit pro رَمَا .

5.

Elips ا plane otiosum, quando literæ و quiescenti, vel hac nota affectæ postponitur. ut: تَصَرَّوا sic رَمَوْا

MEM

Membrum V.

De reliquis Notis orthographicis.

Præter vocales adhibent quoq; Arabes quinq; signorum genera varijs fungentia officijs et ad rectè scribendum et legendum quam maximè necessaria et sunt 1 Hamza ء همزة 2 Wasla ٱ وصلة 3 Medda ~ مدّة 4 Gjetzma ْ جزمة 5 تشديد ّ

DE HAMZA CUJUS FIGURA HÆC EST ء

Hamza inservit tantum literæ ا mobili, eiq; appositum modo supernè modo infernè, cum vocali motum ejus indicat actualem, ut أَنْ an إِنْ in: fine vocali verò ا appositum motum indicat potentialem, id est ا natura sua mobile et radicale esse, licet actu non moveatur, ut: يَأْمَنُ credet: Radice أَمَنَ fit تَأْوِيلٌ explicatio

Annotationes.

1

Sonus hujus notæ est idem cum sono literæ ا: Inde fit ut ipsamet litera ا. mobilis semper eo nomine هَمْزَةٌ vel أَلِفٌ مَهْمُوزَةٌ apelletur.

2

Hamza usurpatur pro ا, idemq; in pronunciatione valet, cum positum in fine dictionis, habet ante se, aut aliquam literarum, ا و ي ut سَمَاءٌ pro سَمَاا| sic سُوءٌ pro سُوا| شَيْءٌ pro شَيْا aut in medio literam aliam vocali carentem, ut: يَسْأَلُ pro يَسْاَلُ Aut aliud ا mobile, ut: أُمٌّ an mater: pro اُمٌّ

3

Hamza superscriptum literis و et ي indicat eas pro ا natura mobili poni ut يُؤْمِنُ pro يَامِنُ Sic سُئِلَ pro سُيِلَ

MEMB: VI.

Membrum VI:

DE WASLA.

cujus Figura hæc est ٱ

Wasla soli literæ ا vocali destitutæ superne adscribitur in principio dictionum hoc modo ٱ. cujus officium est connectere sequentem consonantem cum vocali ultima terminante dictionem præcedentem, ut ذُ ٱلْمَلِكِ quocirca signum hoc (ٱ) nihil aliud est quam unionis illius Indicium.

Annotationes.

1. **Eliph** autem illud initiale quod hanc notam (ٱ) accipit triplex est **Verbale**, **Nominale**, et **Articulare**.

2. **Verbale** duplex est: Imperij et Characteristicum. **Imperij** est, quod format Imperativum primæ Conjugat: ut: اُنْصُرْ، اِعْلَمْ، اِضْرِبْ.
Characteristicum, quod initiale est in præteritis tantum activis non passivis, Imperativis et Infinitivis Conjugationum derivativarum Secundæ et Tertiæ classis, hoc est: Conjugationum 7. 8. 9. 10. 11. 12 et 13, ut:

اِنْتَصَرَ، اِنْتَصِرْ، اِنْتِصَارٌ

اِسْتَنْصَرَ، اِسْتَنْصِرْ، اِسْتِنْصَارٌ

Nominale unionis ا est in his decem Nominibus seqq: filius اِبْنُمٌ, Filia اِبْنَةٌ, Mulier اِمْرَأَةٌ, Filius اِبْنٌ, Vir اِمْرُؤٌ, Juramentum اَيْمُنٌ, Nates اِسْتٌ, duæ اِثْنَتَانِ, duo اِثْنَانِ, Nomen اِسْمٌ.
Articulare est in Articulo اَلْ quo pertinet et pronomen relativum اَلَّذِي qui, in omnibus numeris et generibus, et Adverbium اَلْآنَ Nunc:

4. in

3.

In his omnibus (nisi in principio sententiarum ponantur, aut post Articulum ال) ا initiale vocali sua privatur, et quæ eam sequitur litera sive vocalem habeat sive non, unitur cum vocali terminante dictionem præcedentem aut servilis præfixa, ut: طَاعَةُ ٱبْنَتِكَ Obedientia filiæ tuæ قَلْبُ ٱلْمَلِكِ Cor Regis بِٱلْكِتَابِ cum libro بِٱبْنِكَ in filio tuo.

4.

Elif Articulare perpetuo abjicitur, quoties ل servile servile præfigitur, ut: لِلَّيْلِ noctu

5.

In his duobus nominibus بِسْمِ et ٱبْنِ Nomen: filij Elif unionis ferme semper in totum abjicit, ut: بِسْمِ pro بِٱسْمِ, sic: مُحَمَّدُ بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ Muhammed filius Abdalla.

6.

Quandoque etiam ا unionis Imperij plane excidit servili litera præfixa, ut: فَسَلْهُ et roga eum pro فَٱسْأَلْهُ v. si. sit ibsos!.

7.

Si vero dictio præcedens terminetur consonante et sequi debeat ا unionis, tum illa assumit Kesra ut: نَصَرَتِ ٱلْمَلِكَ Juvit illa Regem: sic: مَنِ ٱبْنُكَ quis filius tuus: Terminationes a. Verbales تُمْ et وا itemque affixa كُمْ et هُمْ assumunt Damma: Et in Pronominibus disjunctis أَنْتُمْ vos et هُمْ ipsi: ut et in Præpositione مُنْ a, ab. locum habet, ut: أَنْتُمُ ٱلَّذِينَ Vos qui هُمُ ٱنْحَلُّوا ipsi dissoluti sunt, مُنُ ٱلْحَوْلِ ٱلْقَدِيمِ Ab anno superiore أَرْسَلَهُمُ ٱلْأَبُ misit eos pater قَتَلْتُمُ ٱلْعَدُوَّ Occidistis hostem رَمَوُا ٱبْنَكَ rejecerunt Filium tuum

Particula vero مِنْ assumit Fatha, ut: مِنَ ٱللّٰهِ

8. Si

8.

Si autem praecedat, vocatur Nunnata |ٌ ٍ ً| ea ante ا unionis articuli ال abjicit Tanwin seu Nunnationem suam ut: ٱلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ liber magnus. Alibi autem retinetur Nunnatio, et ا unionis subsequens, licet vocalem non habeat, in pronuntiatione in eam assumit, ut مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ urbs quae capta est

9.

Si verò praecedat aliqua literarum ا و ي qui escens ea non impedit unionem, ut: غَزَا ٱلْحِصْنَ expugnavit arcem يَغْزُو ٱلْمَدِينَةَ oppugnavit urbem ٱنْصُرِ ٱلْأَخَ adjuva fratrem; Affixa verò primae personae ي meus, mea, meum et نِي me, assumunt super ي fatham, ut: حِصْنِيَ ٱلْحَصِينُ Arx mea munita عَلَّمَنِيَ ٱلْأَبُ docuit me pater.

10.

Omnia ا unionis servilia sunt et naturaliter possident Kesram, praeter imperativum primae conjugationis, qui interdum habet Damma, ut: أُنْصُرْ et Articulare ال quod fathan ut أَيْمُنُ et Nominale

11.

Tandem nota quod Elif unionis Imperii sequente immediaté vocali excidat, ut: سُدَّ pro ٱسْدُدْ obstrue

Membrum VII.

De Medda |ٓ| et Gjezmâ |ْ|

Medda ponitur non nisi supra literam ا quiescentem ante ء, et denotat eam literam in pronuntiatione esse producendam, ut مَآءٌ aqua سَمَآءٌ coelum.

Quando

Quando verò supra aliam literam et supra ſ non se-
quente [ـٌ] imponitur tum designat post eam desiderari ſ,
ut: أَللّٰهُ Deus, sic آمَنَ credidit آزِفَ appropinquavit
آنٌ tempus آخَرُ alius. Superscribitur tamen q.q. notis
Arithmeticis sed rarissime. Item aliis literis integras dictiones
repraesentantibus, et hoc fit in benedictione Muhammedis, ut:
صَلَّى ٱللّٰهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ صلعم

NOTA.

و et ي quiescentes ante elif regulariter Medda habent,
ut تَتُوءَبُ Malum. v. 24. hist. Joseph:

Gjezma [ْ] idem quod Ebraeorum Schewa quiescens
literis omnibus imponitur, ejusq. munus est denotare lite-
ras illas propriam non habere vocalem, sed cum praeceden-
te vocali unam syllabam constituere. ut: قَلْبٌ cor,
كَلْبٌ canis حُزْنٌ dolor قُبْحٌ foeditas خُرْطُومٌ rostrū hinnuli
كَبْشٌ aries. Cum literis و ب ſ quiescentibus appon-
itur, indicat eas esse radicales et natura sua mobiles.
ut: يَأْتِي veniet يُؤْمِنُ credet يُولَدُ nascetur, يَيْسِرُ
alea ludet.
Sic و et ي in medio dictionis post literam affectam vocali
Fatha moventes, ut صَوْتٌ vox عَوْنٌ auxilium بَيْتٌ domus

Membrum VIII.

De Thesdid [ّ]

Tesdid idem quod apud Ebraeos Dagesch forte
literis omnibus excepto ſ superscribitur, Cujus notae
officium est roborare seu duplicare sonum literae
ac si esset bis scripta, ita ut prior cum praecedentis lite-
rae vocali, posterior cum sua propria efferatur.
ut: تَقَدَّمَ مَدَّ protendit مَمَرٌّ locus transitus عِزٌّ Auctoritas

Usurpa

Usurpatur tamen aliqn: Euphoniæ causa, imprimis post literam vocali carentem, cujus tum vicem supplet altera pars geminata, ut: قَصَّصَ contendit.

Annotationes. 1.

Triplex autem est ejusmodi Terdid Euphonicum. DELTALE, LAMDALE, & INITIALE. 1. Deltale apponitur literæ ت post د vocali destitutum ut: وَلَدْتُ genui.

2. Lamdale apponitur literis solaribus immediate Articulum ال sequentibus, ut: اَلتَّرْكُ omissio اَلثَّعْلَبُ vulpes, اَلدَّهْرُ Seculum اَلذَّنْبُ Delictum اَلرَّبُّ Dominus اَلزَّمَانُ tempus اَلسَّبَبُ caussa اَلشَّمْسُ Sol اَلصَّدْرُ pectus اَلضَّرْبُ ictus اَلطَّيْرُ Avis اَلظَّفَرُ Victoria اَللَّيْلُ Nox اَلنَّهْبُ Rapina

Solares 14.
ت ث د ذ
ر ز س ش
ص ض ط ظ
ل ن

3

Litera ل in Articulo ال non raro plane omittitur qn. littera ل solaris sequitur, ut اَلَّيْلُ Nox pro اَللَّيْلُ. Et hoc semper fit in pronomine Relativo utriusq; generis, et numeri اَلَّذِي اَلَّتِي اَلَّذِينَ

4

Litera ل Articuli ال sequente immedè literâ Solari in scriptione quidem manet, sed in pronuntiatione quiescit suumq; Giezma abjicit ac inseritur sequenti literæ per Terdid Euphonicum Lamdale.

5

Initiale Terdid est quod apponitur literis ل م و ي memoriæ caussâ dicuntur لَوْمِي dictionem inchoantibus post Nun Giezmatum expressum vel latens in vocali, ut: مِنْ رَبٍّ â Domino, sic et مِنْ لَهَبِهِ â flamma ejus مِنْ وَجْهِهِ â facie ejus بَيْتٌ مُقَدَّسٌ domus sanctificata حِكْمَةُ رَبِّهِ Chickmatar-rabbihi Sapientiam Domini sui.

CAPUT SECUN-DUM.

De accentibus & distin-ctionibus.

ACCENTUS est ad ultimam consonantem aut vocalem longam: Per Vocalem longam intelligitur vocalis cum litera quiescente quiete duplici ي و ا ut: كِتَابٌ kitâbon غَفُورٌ gafûron. Per ultimam consonantem intelligitur dictio, quae terminatur consonante habente Gjezma ut: نَصَرَتْ nasarât نَصَرْتُمْ Nasartòm. Quando vero Dictio non terminatur consonante neque habet vocalem longam in medio tum semper est accentus in Antepenultima, ut: اِنْتَصَرَ intâsara, اِفْتَخَرَ iftáchara. Omnis Vocalis post quam sequitur litera quiescens quiete simplici |: excepta ultima :| proferenda est cum accentu acuto ut: نَصَرْتُ Nasárto, sic et اِسْتَقْرَشْتُ istáchráschto.

Denique Dissyllaba attollunt penultimam, ut: ut: بَيْتٌ Beiton اُنْصُرْ ónsur.

De Distinctio-nibus.

Arabes non habent certas notas distinctionum quibus Commata, Colon vel Punctum designent sed illi pro libitu adhibent aliquam ex his notis: ※ ۝ ۞ ⁖ ✱ ad Comma vel Colon designandum, et ubi sententia est absoluta, quam volunt ex istis notis distinctionum adhibent.

CAPUT.

CAPUT III.

De literis Radicalibus & Servilibus ex Vocis Divisione.

1.

Vox Primitiva ab Arabibus appellatur أصل Radix quæ literis nequit constare paucioribus quam tribus, ut: نَصَرَ Juvit مَدَّ extendit: Nec pluribus quam quatuor, ut: دَحْرَجَ Volvit.

2.

Literæ dividuntur in RADICALES et SERVILES: Radicales sunt quatuordecim ج ح خ ذ ر ز ش ص ض ظ ع غ ق quæ dicuntur Essentiales quia ubicunq; reperiuntur tam in verbis quam in nominibus aut aliis orationis partibus, semper sunt de illarum essentia, atq; in illis præter hoc munus nullum aliud præstare possunt.

Prima Radicalis accipit ـُ ا quando literæ serviles præfiguntur: Excipitur Quinta Sexta et 7ma Conjugatio.

3.

Serviles itidem sunt quatuordecim ا ب ت ه س ل ك ف ط ل م ن و ه ي quæ ipsis Radicalibus literis præpositæ, interpositæ vel postpositæ vicariam locant operam Radici, vel significationem aliquam Radici superaddunt. Fiunt tamen et hæ aliquando Radicales بَنَي ædificavit.

4.

Vox est declinabilis vel indeclinabilis: Declinabilis quæ in diversos fines flectitur, idq; Numero et Genere.

Numerus est Singularis Dualis et Pluralis.

5.

Numerus Dualis in Præterito et Imperativo exit in ا quiescens, In Futuro et Participio habet terminationem ان ut: نَصَرَا أُنْصُرَا يَنْصُرَانِ نَاصِرَانِ

 6. Ser

6 و Servile quiescens in verbis format numerum plu-
ralem, quod Waw ne terminet dictionem adsciscit ا otio-
sum, ut: نَصَرُوا sic اُنْصُرُوا

7 Genus est Masculinum Foemininum aut Commune
Foemininum formatur per ت praecedente Fatha, ut:
نَصَرَتْ Vox Declinabilis est Verbum et Nomen.

CAPUT IV.

DE VERBO IN GENERE.

I. In Verbo considerantur Tempus et Persona. Ratione
temporis Verbum est Finitum aut Infinitum.
Finitum Praeteritum Futurum et Imperativus.
Praeteritum respondet nostro Praeterito Perfecto Indicativi
modi ut قَتَلَ occidit مَاتَ e vita excessit
Quando Verbum substantivum كَانَ praeterito praefigitur,
tum format praeteritum plusquamperfectum, ut: كَانَ خَرَجَ
exiverat, كَانُوا قَالُوا dixerant كَانَ قَدْ أَمْسَكَ jam prehenderat.
Quando لَوْ si, praefigitur Praeterito, convertit id in opta-
tivi praesens aut praeteritum perfectum, et sequens praeteritum
eodem tempore exponendum est, habetque ل in capite. ut:
لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ si scirem hoc monerem te, vel: si sci-
vissem hoc monuissem te. Si vero secunda Conjugatio-
nis pars neganda est, usurpatur Futurum, praefixa par-
ticula لَمْ nec ل ullum adsciscitur, ut: لَوْ كُنْتَ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ
أَخِي si fuisses hic, non mortuus esset frater meus Joh. 11.32.
II إِذَا Cum, Praeterito praepositum saepe id vertit in Subjun-
ctivi Futuro praeteritum sive futurum in RO: ut: إِذَا
كَتَبْتَ ذٰلِكَ أَحْمَدُكَ ubi scripseris illud, laudabo te.

Futurum

Futurum Indicativi nostri Præsens et futurum complectitur, quomodo autem exponendum sit, contextus plurimum indicat. Restringitur tamen non raro ad futurum nostrum præfixa litera س aut particula سَوْفَ ut: سَنَسْأَلُ petemus. Sic quando particula لَنْ nequaquam et لا non, futuro præfiguntur, itidem ad nostrum restringunt.
Cum Particula لا non Futuro præfigitur ut plurimum præsens indicat, ut: لَا أَعْلَمُ lo non scio: Præfixæ v. particulæ لَمْ non aut لَمَّا futurum in præteritum mutant, ut: لَمْ يَضْرِبْ non verberavit لَمَّا يَخْرُجْ nondum egressus est.
Quando Verbum Substantivum كَانَ futuro præfigitur format Imperfectum Indicativi ut: كَانَ يَكْتُبُ scribebat, Nisi præcedat لَوْ tunc enim optativi præsentis loco venit ut et futurum ei respondens, quod Verbum substantivum præfixa litera ل habet præpositum. ut: لَوْ كُنْتَ تَعْرِفُهُ لَكُنْتَ تُحِبُّهُ si nosceres eum, Amares eum.
Imperativus respondet nostro Imperativo, sed usurpatur solum in præceptis affirmativis precationibus et hortationibus: Negativa Deprecationes et Dehortationes per futurum præposita لا ne, concipiuntur, ut, اِعْلَمْ scito لَا تَضْرِبْ ne verbera, ne verberes.
Infinitivus Nomini verbali nostro potius quam Infinitivo respondet et Verbo suo, augendæ significationis gratia non raro additur, ut: ضَرَبَ ضَرْبٌ ضَرْبًا Verberatio
Participium respondet nostro, ut: ضَارِبٌ Verberans: At quia omissione temporis sæpe fit Nomen Futurum sæpe pro eo usurpatur, ita, ut præterito sine copula

 postpo-

postponatur, ut: سَمِعَهُ يَتَكَلَّمُ audiebat eum loquentem. Proverb. 47. Cant. 2. جَاؤُوا يَبْكُونَ Venerunt flentes, Sil. Jos. v. 16.

2.

Persona in Numero singulari et Plurali est Triplex: Prima, Secunda, Tertia, Secunda et tertia præteriti utriusq; numeri habet genus distinctum, Masculinum et Fœmininum.
Prima vero utriusq; Numeri est generis Communis. Dualis Numerus caret prima personâ et agnoscit tantum Duas Secundam et Tertiam, quarum hæc habet genus distinctum, illa verò est generis Communis.

3.
De Præterito.

Tertia masculina præteriti ipsam Radicem exhibet â quâ reliquæ Personæ, assumtis certis literis vel syllabis afformativis, formantur hoc modo:

PLURALIS. Fœm:	Mascul:	DUALIS.		SINGULARIS Fœm:	Mascul:	
نَصَرْنَ	نَصَرُوا	نَصَرَا	3 Mascul:	نَصَرَتْ	نَصَرَ	3
		نَصَرَتَا	3 Fœm:			
نَصَرْتُنَّ	نَصَرْتُمْ	نَصَرْتُمَا	2. Com:	نَصَرْتِ	نَصَرْتَ	2
Com:	نَصَرْنَا			Com:	نَصَرْتُ	1

4.
De Futuro.

Futurum formatur â Præterito per literas præformantes sive Characteristicas أتين et afformativas ينوا hoc modo:

PLURALIS. Fœm:	Mascul:	DUALIS.		SINGULAR. Fœm:	Mascul:	
Com:	نَنْصُرُ			Com.	أَنْصُرُ	1
تَنْصُرْنَ	تَنْصُرُونَ	تَنْصُرَانِ	2. Com:	تَنْصُرِينَ	تَنْصُرُ	2
يَنْصُرْنَ	يَنْصُرُونَ	يَنْصُرَانِ	3 masc:	تَنْصُرُ	يَنْصُرُ	3
		تَنْصُرَانِ	3 Fœm:			

S. Lite

5.

Literæ Characteristicæ Futuri hic itidem Chara-cteristicam præteriti excludunt.

6.

Literæ أتين in Conjugationibus Activis 1. 5. et seqq: habent Fatha. In conjugationibus Secunda. 3ia 4ta, nec non omnibus passivis habent Damma

7.

Penultima syllaba in omnibus Conjugationibus activis 2da, 3ia et sequentibus habet Kesre, exceptis Quinta et Sexta quæ Fatha retinent. In omnibus verò passivis penulti-ma semper habet Fatha.

8.

Ultima litera mobilis in omnibus conjugationibus fit Damma.

9.

De Imperativo.

Imperativus :extra primam conjugationem: formatur à Futuro, literæ أتين abjiciuntur, et ultima litera mobilis accipit Gjezma, ut: à Futuro Conjugationis Secundæ يُنَصِّرُ fit Imperativus نَصِّرْ, et sic in seqq:

Imperativus tantum agnoscit Secundam personam: Reliquæ per futurum Gjezmatum exprimuntur, præfixo ل cum Kesra ut: لِيَنْصُرْ adjuvemus, quod et Secundæ personæ interdum contingit, ut: لِتَنْصُرْ adjuva. Kesre literæ ل excidit cum præfigitur و vel ف ut: فَلْيَنْصُرْ

Formationi generum et Numerorum hic inserviunt in fine literæ يونا ut in Futuro hoc modo:

PLURALIS		DUALIS	SINGULAR	
2	أُنْصُرُوا	أُنْصُرَا	أُنْصُرْ	Masc:
			2	Com
	أُنْصُرْنَ		أُنْصُرِي	Fœm

10. De Infinitivo.

Omnes Infinitivi apud Arabes sunt pura nomina quapropter etiam per accusativum concipiuntur, ut: نَصْرًا

Verborum transitivorum Infinitivus regularis est formæ نَصْرًا ut: à ضَرَبَ verberavit est ضَرْبًا sic et فَهِمَ فَهْمًا intelligendo intellexit. Intransitivorum autem si media Radicalis in præterito habet Fatha, est formæ نُصُورًا, ut: à قَعَدَ sedit est قُعُودًا sessio;
Si Damma est نَصُورَةً ut à سَهُلَ facilis fuit est سُهُولَةً Vel formæ نَصَارَةً ut à جَزُلَ abundavit est جَزَالَةً
Si Kerra, est formæ نَصَرًا ut à فَرِحَ visus est fit فَرَحًا
Excipiuntur tamen plurima quæ aliter Infinitivum formant, De quibus usus consulendus.

11. De participio

Participium : extra primam conjugationem activam formatur à futuro præponitur ـ præformativa litera quæ Characteristicam excludit futuri,
In prima passiva Conjugatione ـ assumit Fatha in reliquis omnibus conjugationibus habet Damma Et ultimæ Radicalis Damma nunnatur, ut:
à يُنَصِّرُ fit participium مُنَصِّرٌ

Hactenus de Verbo in genere.

Jam de Verbo in Specie

12.

Conjugationes Arabes habent Tredecim, quarum omnes pro agendi et patiendi significatione duplicem formam habent Activam et passivam,

præ-

præter Nonam et Undecimam, quæ tantum activam formam agnoscunt.

Deducuntur autem tantum verba trilitera per has Tredecim conjugationes in quibus observanda sunt Character et Significatio.

Observandum tamen non in omnibus conjugationibus quodlibet verbum esse usitatum; Nam quælibet Radix non occurrit in qualibet Conjugatione: Multa enim in unâ solum conjugatione usurpantur, multa in pluribus, Nulla verò Radix in omnibus.

Conjugatio I.

PRIMA CONJUGATIO nuda et simplex est omniq; Charactere destituta, ut: نَصَرَ juvit, In Passivo نُصِرَ adjutus est.

Significationem habent Verba in Conjugatione primâ simplicem et Activam, quam â prima sua origine possident, eamq; vel intransitivam ut: حَزِنَ tristis fuit vel transitivam, ut: ضَرَبَ Verberavit.

In reliquis conjugationibus intentam seu auctam, vel alio modo mutatam etsi et in ijs primitivam significationem habere possint, ea maxime quæ in prima Conjugatione sunt usitata

Annotationes. et quidem

Ad præteritum 1. Conjugationis.

1.

Prima Radicalis semper habet Fatha 2da itidem et 3tia habent Fatha, ut: نَصَرَ Interdum tamen media Radicalis habet Kesram ut عَلِمَ scivit. Interdum Damma sed in transitivis tantum, ut: حَسُنَ bonus fuit.

B. 6.   2. Medi

2

Media illa vocalis Kerre sive Damma, quæ in radice est, manet quoq; in cæteris personis præteriti, ut: عَلِمَ etc.

Ad futurum

1

Prima Radicalis in futuro habet (ں) يَنْصُرُ mediæ radicalis vocalis pro ratione mediæ in Præterito varia est.
Si in præterito sub media Radicali est Damma id in futuro manet, ut: حَسُنَ facit يَحْسُنُ. Si in præterito est Kerra, id in fatham mutatur, ut: عَلِمَ facit يَعْلَمُ.
Aliquando tamen manet.
Si in Præterito est Fatha; mutatur in {Damma / Kesre} quando Secunda vel Tertia Radicalis est {و Wau / ي Je.} etc.
Alias in aliis Radicibus perfectis quoq; Fatha præteriti hic mutatur vel in Damma, ut: كَتَبَ est يَكْتُبُ
Vel in Kerram, ut: à ضَرَبَ est يَضْرِبُ. Nisi media vel ultima Radicalis sit gutturalis, tunc enim plerumq; manet fatha, ut: تَعِبَ fit يَتْعَبُ laborabit, sic يَنْفَعُ à نَفَعَ docavit

2

Tria accidunt Futuro Apocape, Antithesis et Paragoge.

DE APOCAPE

Apocape germat futurum. Tollit Damma finale et ن in fine servien, præter id quod format 2. et 3. personam fœmininam pluralis numeri, ut: يَنْصُرْنَ in Duali يَنْصُرَا In Plurali يَنْصُرُوا ubi in plurali abjecto ن assumitur otiosum juxta Cap: 3. memb. 5.

Accidit autem Futuro hæc Apocape ob influentiam particularum quarundam ei præpositarum, scil: لَمْ non, لَا ne, لَمَّا nondum, لِ Imperativum ut: يَسْمَعْ لَمْ audijt,

لَا

تَرْكَبْ لا ne equites لَمَّا يَدْخُلْ nondum ingressus est.
Nec-non sequentium particularum, sed eâ lege ut aliud verbum in eodem orationis contextu, tanquam retributi rum sequatur, ut: si studeas amabo te. Quicquid facis, faciam ut: إِنْ si مَنْ qui أَيّ quicunq' مَا quodcunq' كَيْفَ et كَيْفَمَا quomodocunq' مَهْمَا quotiescunq' sic أَيْنَ حَيْثُمَا أَيْنَمَا ubicunq' مَتَى أَيَّانَ إِذْمَا إِذْ apud poetas quandocunq'.
At tunc si utrumq' futurum est, in utrumq' influunt. Si prius tantum in illud: Si posterius, liber est influxus. ut: إِنْ تَخْرُجْ أَخْرُجْ مَعَكَ si egrediaris egrediar tecum مَتَى يَجْلِسْ أَجْلِسْ مَعَهُ cum sedebit sedebo cum illo مَا تَصْنَعْ أَصْنَعْ quicquid facies feci. مَا صَنَعْتَ أَصْنَعُ quicquid fecisti facio et أَصْنَعْ
Accidit quoq' haec Apocape cum praecedit Imperativus cui futurum respondet propter inclusum إِنْ ut أُنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ adjuva me, adjuvabo te, i. si adjuvabis me adjuvabo te.

DE ANTITHESI. 3.

Antithesis Natsabat Futurum i. Mutat Damma ejus finale in fatha, et ن in fine serviens eodem modo tollitur, ut يَنْصُرَ in Duali يَنْصُرَا in Plurali يَنْصُرُوا
Inducit eam similiter influxus particularum futuro praepositarum, ut sunt: لَنْ nequaquam لِ, ut أَنْ idem كَيْ idem لِأَنْ, idem لِكَيْ, idem أَلَّا ut non, ne لِئَلَّا, idem كَيْلَا idem لِكَيْلَا, idem حَتَّى donec: ut أَوْ idem فَ

Itemq'

Itemque و cum præponitur futuro dependenti à præcedente enunciationis parte includente Imperium, Petitionem Interrogationem aut Negationem: Adeoque causalis potius quam Copulativa Conjunctio est, ut: أَنْصُرْنِي فَأَنْصُرَكَ adjura me et adjurabo te. لَا تَضْرِبْ زَيْدًا فَيَغْضَبَ Ne verbera Zeidum et irascetur x Ne irascetur

Sic و quoque cum significat, et simul, Futuro eodem modo à præcedente enunciationis parte dependenti præpositum Natsabat futurum لَا تَأْكُلِ ٱلسَّمَكَ وَتَشْرَبَ ٱللَّبَنَ ne ede piscem et simul bibe lac. ٱللَّبَنَ

4. DE PARAGOGE.

Hoc futurum Fatatum accipit aliquando ن paragogicum quandoque cum ّ aliquando ن Gjezmatum sine Thesdid: Illud Nun Paragogicum grave dicitur hoc Leve.

Grave est cum Tesdid, ut يَنْصُرَنَّ in Duali يَنْصُرَانِّ in plurali يَنْصُرُنَّ in foemin: يَنْصُرْنَانِّ.

Leve est ن Gjezmatum sine Tesdid sed illud in singulari solum assumitur: ac plurali Masculino et Communi, non vero in foeminino, ut: يَنْصُرَنْ In plurali يَنْصُرُنْ تَنْصُرُنْ

Notandum hic و et ي Servilia hic in fine excidere; et in plurali foemino ا inseri, ne tria ن concurrant.

Adhibetur autem hoc Paragoge cum futurum rem futuram quodammodo petit, ut fit Interrogando Imperando vel optando, ut: هَلْ تَنْصُرَنَّ An Adjurabis? Et cum præcedit iuramentum, ut:

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK GIESSEN

ut: وَرَبِّي لَتُبْعَثُنَّ Per Dominum meum suscitabimini. Vide Alcor. Surat. 64.
Nun Paragogicum leve exprimitur aliquando per vocalis Nunnationem ut: وَلَيَكُونًا et erit, pro وَلَيَكُونَنْ

Ad Imperativum

1.

Imperativus primæ Conjugationis formatur præposito ا unionis cum Kesre, ut: اِعْلَمْ scito اِضْرِبْ verbera. Nisi penultima litera vocalis (: quæ talis est semper, qualis in Futuro :) sit Damma: tunc enim et Elif Damma habet. ut اُنْصُرْ iuva

2.

Imperativum ا unionis excidit interdum post و et ف ut: فَسَلْهُ roga eum pro فَاسْأَلْهُ vid. Alcor. Sur. 12.

3.

Occurrit et hic quandoq. Nun Paragogicum tam grave quam leve. ut: اُنْصُرَنَّ اُنْصُرَنْ in fœm. اُنْصُرِنَّ اُنْصُرِنْ

NOTA.

Tria hæc Verba primam Radicalem abjiciunt: ut: ab أَخَذَ fit خُذْ ab أَكَلَ fit كُلْ ab أَمَرَ fit مُرْ

Ad participium

Prima Radicalis Participii Conjugationis 1 habet Fatha, quam subsequitur ا quiescens: Secunda Kesre: Ultima Damma nunnatum perinde ut in nominibus, quorum more etiam fœmininum et Numeros format.

Plural:	Dualis	Singul:	
نَاصِرُونَ	نَاصِرَانِ	نَاصِرٌ	Mas:
نَاصِرَاتٌ	نَاصِرَتَانِ	نَاصِرَةٌ	Fœm.

Anno,

Annotationes ad Passivi Præteritum.

Prima radicalis perpetuo habet Damma, Secunda Kesre, Tertia fatha, ut: نُصِرَ adjutus est. Terminatio hic in cæteris personis eadem est quæ in Activo, ut نُصِرَتْ نُصِرْتَ نُصِرْتِ

Ad futurum.

Prima Radicalis accipit Gjezma |ـْ| quemadmodum in futuro activo, ut: يُنْصَرُ

Ad Imperativum.

Imperativus hic in omnibus conjugationibus passivis nullus est, sed pro eo venit futurum cum J imperativo Gjezmante ut: لِيُنْصَرْ adjuvetur.

Ad Participium

1.

Participium hoc passivum assumit م cum Fatha, 1ma radicalis habet |ـْ| 2da assumit Damma quam sequitur و quiescens, Ultima habet Damma Nunnatum, ut: مَنْصُورٌ in fœmin: مَنْصُورَةٌ

2.

Sunt tamen Participia quædam formæ نَصُورٌ et نَصِيرٌ quæ modo Activè modo Passivè accipiuntur et sunt generis Communis.

De reliquis Conjugationibus in genere.

Hactenus fuit Prima Conjugatio eaque nuda et simplex: Reliquæ certis literis Characteristicis affectæ et in tres classes divisæ sunt: Quarum prima classis continet formata à Radice adjectione unius, Secunda duarum, Tertia trium literarum hoc pacto:

Prima Class:

Tertia.		Secunda.		Prima Classis	
اِسْتَنْصَرَ	10.	تَنَصَّرَ	5.	نَصَّرَ	2 Conj
اِنْصَارَّ	11	تَنَاصَرَ	6.	نَاصَرَ	3 Conj
اِنْصَوْصَرَ	12	اِنَّصَرَ	7.	أَنْصَرَ	4 Conj.
اِنْصَوَّرَ		اِنْتَصَرَ	8.		
		اِنْصَرَّ	9.		

13. Conjugatio II.

Character Conjugationis Secundæ est Tesdid ut: نَصَّرَ

Hæc ex Intransitivis seu absolutis format transitiva ut: حَزِنَ tristis fuit. In secunda est حَزَّنَ Contristavit; Et ex transitivis transitiva in secundum ut ضَرَّبَ verberare fecit

Paradigma initialibus tantum vocibus hoc modo proponere placet.

Infinit:	Partic:	Imperat:	Fut:	Præterit:
تَنْصِيرًا	مُنَصِّرٌ	نَصِّرْ	يُنَصِّرُ	نَصَّرَ

Forma Passiva

Prima Radicalis itidem habet Damma, Media Kesre cum tesdid. ult. fatham. ut patet ex paradigmate Prima Radicalis in Futuro habet Fatha

Particip:	Futur:	Præterit.
مُنَصَّرٌ	يُنَصَّرُ	نُصِّرَ

14. Conjugatio III.

Character conjugationis Tertiæ est Elif ا quiescens primæ Radicali postpositum. ut: نَاصَرَ

Hæc

18. Conjugatio VII.

Character Septimæ conjugationis est ا unionis cum Kesre et litera ن Gjezmata primæ radicali præposita, ut: اِنْفَعَلَ اِنْقَصَرَ

NOTA.

In hac Conjugatione Nun characteristicum primæ Radicali, quia ea in hoc verbo نَصَرَ Nun quoque est per Teschid inferitur: aliàs in aliis verbis separatim pingitur: ut: اِنْفَعَلَ

Et hac Conjugatio quoque format Absoluta et passiva ut: كَسَرْتُ الإِنَاءَ فَانْكَسَرَ i.e. fregi vas et frangi se sivit se frangi nec restitit actioni meæ.

Infinit: Partic: Imper: Futur: Præter:
اِنْصَارٌ مُنْصَرٌ اِنْصَرْ يَنْصَرُ اِنْصَرَ

FORMA PASSIVA.

Caristica litera ا habet Damma ut et prima Radicalis. Secunda Kesre. Ultima mobilis fatha, ut: اُنْصِرَ
In futuro Prima Radicalis habet Fatha, ut: يُنْصَرُ

Particip: Futur: Præterit:
مُنْصَرٌ يُنْصَرُ اُنْصِرَ

19. Conjugatio VIII.

Character Octavæ Conjugationis est ا unionis cum Kesre et litera ت Cum Fatha primæ radicali postposita, ut: اِنْتَصَرَ

Annotationes.

Cum prima Radicalis in hac Conjugatione ط [illegible] pro ت Characteristico usurpatur ط ut: اِضْطَرَبَ moveri

pro

pro اِخْتَتَرَب. Quando verò prima Radicalis ج ز ذ د pro ت Characteristico sumitur د ut: اِدَّلَق. prolabi pro اِدْتَلَق. Duoque د coalescunt per Teshdid h.e. unum alteri per Teshdid inseritur.

2.

Si verò prima Radicalis sit ت ipsa per Teshdid ت characteristico inseritur, ut: اِتَّبَعَ.

3.

Prima Radicalis ث vel و Euphoniae causa in ت mutatur, et eodem modo quo ت Radicale cum sequente coalescit ut: اِتَّبَتَ. pro اِثْتَبَتَ. fit اِتَّجَرَ. pro اِوْتَجَرَ. transfigi اِتَّسَرَ. ludere aleis, pro اِيْتَسَرَ. Quando verò prima radicalis est ا tum ea mutatur in ي ut ab أَمَرَ praecepit est اِيْتَمَرَ. obedire.

Significatio hujus Conjugationis coincidit cum praecedente Conjugatione

Infinit:	Particip:	Imper:	Futur:	Praet:
اِنْتِصَارٌ	مُنْتَصِرٌ	اِنْتَصِرْ	يَنْتَصِرُ	اِنْتَصَرَ

FORMA PASSIVA.

Characteristica litera ت habet Damma, ut et litera ت 1mae Radicali postposita. Prima Radicalis habet |u| Secunda Kesre, Ultima Fatha, ut: اُنْتُصِرَ

Particip:	Futur:	Praeterit:
مُنْتَصَرٌ	يُنْتَصَرُ	اُنْتُصِرَ

20.

Conjugatio VIIII.

Character Conjugationis Nonae est ا unionis cum Kesre, et ultima Radicalis per Teshdid duplicata, ut: اِنْصَرَّ.

Haec

Hæc format absoluta colorum cum intensione tamen mediocri, ut: اِصْفَرَّ valde flavus fuit. et verba deformitatum, ut: اِعْوَجَّ ore distorto fuit.

Infinit: Partic: Imperat: Futur: Præt:
اِنْصِرَارٌ مُنْصَرٌّ اِنْصَرِرْ يَنْصَرُّ اِنْصَرَّ

Hæc Conjugatio FORMAM PASSIVAM non habet

21 Conjugatio X.

Characteristicæ literæ sunt tres ا unionis cum Kerre س cum ـْ et ت cum Fatha, primæ Radicali præpositæ. ut: اِسْتَنْصَرَ

Hæc petitionem et Confessionem designat. ut à غَفَرَ remisit fit in hac Conjugatione اِسْتَغْفَرَ Veniam delicti petijt, sic اِسْتَطْعَمَ cibum petijt à طَعِمَ gustavit edit. Aliquando tamen aliud significat ut اِسْتَنْصَرَ funditus et radicitus evellere.

Infinit: Particip: Imperat: Futur: Præt:
اِسْتِنْصَارٌ مُسْتَنْصِرٌ اِسْتَنْصِرْ يَسْتَنْصِرُ اِسْتَنْصَرَ

FORMA PASSIVA.

Characterica litera ا. Ut et sequens vocali propria mobilis habet Damma; Penultima Kerre, Ultima Fatha, ut: اُسْتُنْصِرَ

Particip: Futur: Præterit:
مُسْتَنْصَرٌ يُسْتَنْصَرُ اُسْتُنْصِرَ

22. Conjugatio XI.

Characteristicæ literæ sunt tres ا unionis cum Kerre; ا sequens secundæ radicali postposita et Tertia ر duplicata, ut: اِنْصَارَّ

Et

Et hac perinde, ut Nona format absoluta colorum cum intensiore autem vehementiori ut إصْفَارَّ multo flavissimus fuit. Necnon verba deformitatum, ut: إعْوَجَّامَ ore distorto fuit.

Infin:	Part:	Imperat:	Futur:	Praeter:
إنْصِبَارٌ	مُنْصَارٌّ	إنْصَارِرْ	يَنْصَارُّ	إنْصَارَّ

Et haec Conjugatio FORMAM PASSIVAM non habet.

23. Conjugationes XII et XIII.

Duae Conjugationes ultimae rarissimae sunt, et significationem simplicem retinent, aut nonnihil intendunt, ut: إحْدَوْدَبَ incurvavit se in gibbum, sic إخْشَوْشَنَ valde crassus fuit a خَشُنَ crassus et إعْلَوَّطَ fortiter adhaesit, ab عَلِطَ adhaesit.

Character Conjugationis 12cimae est ا Unionis cum Kesre litera و Gjetzmata 2dae radicali postposita, et duplicata 2da radicalis post literam و. ut: إنْصَوْصَرَ

Infin:	Partic:	Imper:	Futur:	Praeterit:
إنْصِيصَارٌ	مُنْصَوْصِرٌ	إنْصَوْصِرْ	يَنْصَوْصِرُ	إنْصَوْصَرَ

FORMA PASSIVA.

Characteristica litera Elif ا. ut et sequens vocali propria mobilis ; quam sequitur و quiescens ~~radicis~~ ; habent Damma : Penultima Kesre ; Ultima Fatha, ut: أُنْصُوصِرَ

Particip	Futurum	Praeteritum.
مُنْصَوْصَرٌ	يُنْصَوْصَرُ	أُنْصُوصِرَ

Chara.

Character 13tia Conjugationis est ا unionis cum Kerre ex litera و duplicata per Teſdid cum fatha 2dae Radicali postposita, ut: اِنْصَوَّرَ

Infinit:	Particip:	Imper:	Futur:	Praet:
اِنْصِوَّارٌ	مُنْصَوِّرٌ	اِنْصَوِّرْ	يَنْصَوِّرُ	اِنْصَوَّرَ

FORMA PASSIVA

Characteristica litera ا; ut et sequens vocali propria mobilis: quam sequitur و cum Teſdid: habent Damma Penultima Kerre; Ultima Fatha ut اُنْصُوِّرَ

Particip:	Futurum.	Praeterit:
مُنْصَوَّرٌ	يُنْصَوَّرُ	اُنْصُوِّرَ

DE VERBIS QUADRILITERIS

24.

Hactenus fuerunt VERBA TRILITERA; se, quuntur jam QUADRILITERA quae quatuor literas radicales habent, ut: دَحْرَجَ Volvit فَعْلَلَ.

Verba Quadrilitera quatuor solum agnoscunt Conjugationes, quarum Prima Primae: Secunda Quintae Tertia Septimae, Quarta Nonae triliterorum respondet, suntque hujusmodi

١ فَعْلَلَ ٢ تَفَعْلَلَ

3 اِفْعَنْلَلَ 4 اِفْعَلَلَّ

ut: دَنْخَ inclinavit caput تَرَهْوَكَ superbivit اِحْرَنْجَمَ tumultuatus fuit, sic et اِقْشَعَرَّ horripilavit.

Conju,

CONJUGATIO I.

Præter:	Futur:	Imper:	Partic:	Infinit:
قَمْطَرَ	يُقَمْطِرُ	قَمْطِرْ	مُقَمْطِرٌ	قَمْطَرَةً

FORMA PASSIVA.

Præteritum	Futurum	Particip:
قُمْطِرَ	يُقَمْطَرُ	مُقَمْطَرٌ

CONJUGATIO II.

Præterit:	Futur:	Imperat:	Particip.	Infinit:
تَقَمْطَرَ	يَتَقَمْطَرُ	تَقَمْطَرْ	مُتَقَمْطِرٌ	تَقَمْطُرًا

FORMA PASSIVA.

Præteritum.	Futurum.	Participium.
تُقُمْطِرَ	يُتَقَمْطَرُ	مُتَقَمْطَرٌ

CONJUGATIO III.

Præterit.	Futur:	Imperat:	Particip:	Infinit:
اِقْمَنْطَرَ	يَقْمَنْطِرُ	اِقْمَنْطِرْ	مُقْمَنْطِرٌ	اِقْمِنْطَارًا

FORMA PASSIVA.

Præteritum:	Futurum:	Participium:
اُقْمُنْطِرَ	يُقْمَنْطَرُ	مُقْمَنْطَرٌ

CONJUGATIO IIII.

Præterit.	Futur:	Imperat:	Particip:	Infinit:
اِقْمَطَرَّ	يَقْمَطِرُّ	اِقْمَطِرَّ	مُقْمَطِرٌّ	اِقْمِطْرَارًا

FORMA PASSIVA.

Præteritum	Futurum.	Participium.
اُقْمُطِرَّ	يُقْمَطَرُّ	مُقْمَطَرٌّ

CAPUT V.

De literarum abjectione et mutatione.

REGULA I.

PRIMA Radicalis و in futuro Activo et Imperativo Conjugationis primae tantum excidit, cum penultima habet Kesre, ut et in Infinitivo cum est formae نَضْرَةٌ ut: à وَعَدَ promisit est

يَضْرِبُ ut يَوْعِدُ pro يَعِدُ Futur:

اِضْرِبْ ut اِيْعِدْ pro عِدْ Imper:

نَضْرَةٌ ut وَعْدَةٌ pro عِدَةٌ Infin:

Annotationes.

1.

Idem hic quoque accidit plerisque verbis quorum Secunda Radicalis in Praeterito Kesre habet, ut: à وَمِقَ amavit, fit in futuro يَمِقُ. In Imper: مِقْ amare in Inf: مِقَةٌ

2.

Eandem Anomaliam sequuntur sex verba, quorum penultima in Futuro habet Fatha, sc: وَضَعَ posuit, وَدَعَ sivit وَذَرَ. Item وَطِئَ subjecit وَقَعَ cecidit وَسِعَ amplus fuit.

REGULA II.

Concava و et ي

